DE HIATU IN PLUTARCHI MORALIBUS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM
AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM
ORDINIS IN UNIVERSITATE FRIDERICIA
GUILELMIA RHENANA
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT
ET
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE IX. MENSIS AUGUSTI ANNI MDCCCLXIV.
PUBLICE DEFENDET

IACOBUS SCHELLENS
RHENANUS.

ADVERSARII ERUNT:

ANT. HEGERT, STUD. PHIL.
HEINR. BREUER, STUD. PHIL.
FERD. GUMPERT, STUD. PHIL.

BONNAE
FORMIS CARTHAUSIANIS.

LUDOVICO SCHOPENO.

Plutarchi Moralia quod saepe viri docti conquesti sunt plus iusto neglegi, per viginti tres annos superiores novo probatum est documento. Postquam enim Benselerus libro „de hiatu in scriptoribus graecis" a. h. s. XLI scripto multa de Plutarcho quoque protulit prius non audita, in Vitis parallelis quid sit de placitis eius statuendum docente Sintenisio[1]) nemo exstitit qui eandem curam impenderet Moralibus. Quin etiam vidi qui prorsus tacentes de Benseleri disputatione coniecturas commendarent hiatum, qualem ille censuerat removendum, Plutarcho ultro intrusuras, qui sive ignorarunt quae Benselerus de hac re scripserat, sive refutatione ea esse indigna putarunt, pariter sunt vituperandi[2]). Sintenisio autem praestare dicenti, quaestionem de Plutarchi hiatus evitandi studio differri totam, donec apparatu quem dicunt critico Moralia sint ornata[3]), non est assentiendum. Nam de nonnullis singularibus locis diiudicare licet difficile sit ac lubricum codicibus nondum omnibus exploratis, de

1) data „de hiatu in Plutarchi vitis parallelis epistola ad Hermannum Sauppium" Servestae Anhaltinorum a. 1845, quam integram iterandam curavit in quarto volumine editionis Vitarum Lipsiae a. 1846 edito.

2) Est inter hos G. Thilo, qui pag. 32 dissertationis suae „de Varrone Plutarchi quaestionum Romanarum auctore praecipuo" Bonnae a. 1853 editae proposuit Moral. 280 b legendum τὸ τῷ σκύτει ἐν ἤθει καθικνεῖσθαι.

3) cf. o. l. pag. 5 „de Moralibus ... non quaero nec potest mea sententia quaerere nisi qui novis ac bonis instructus praesidiis id aggrediatur" et finem praefat. vol. IV. Vitarum.

summa re iam potest existimari neque donec certa eruatur veritas, infructuosum erit inquirere qualem quae nunc sunt e codicibus nota praebere videantur. Quod munus quamquam Benselerus susceperat, tamen non ita eo functus est, ut qui idem denuo obeat, tempus et oleum perdidisse sit censendus. Etenim non solum locos aliquot ille praetervidit, quod vix evitabile erat in librorum quos amplexus est tanta mole, verum etiam quas regulas Plutarchum in hiatu admittendo esse secutum putaverit, neque seorsum voluit explicare, neque potest e singulorum locorum tractatione parum accurrata et constante ubique intellegi. Accedit quod ex iis quos cognitos habuit locis, ne de universa quidem re semper recta videtur conclusisse et in singulis locis emendandis mox idoneo destitutus scriptoris usu non probabilia excogitavit, mox abreptus levitate sua atque neglegentia paene incredibili proposuit, quae non possint non maximopere vituperari [4]). Quare equidem cum mihi persuaserim non posse solum non sine fructu, sed debere iam hanc quaestionem retractari, pauca quae totius absolvendae viam muniant, data hac occassione proferam disputatione ita instituta, ut primum confirmem in Plutarchi Moralibus apparere re vera tantum hiatus evitandi studium, ut non possimus dubitare quin certas in hao re leges scriptor sit secutus, deinde leges illas quales fuisse videantur, aliquanto uberius enarrem, postremo agam de singularibus quibusdam locis propter hiatum emendandis.

Plutarchum osorem fuisse hiatus acerbissimum („de quo qui sapiunt non amplius dubitant“ teste Sintenisio Vitar. vol. IV praefat.), duo potissimum argumenta probant Moralibus cum Vitis communia, verborum collocatio et raritas hia-

4) Idem fere de ratione qua in Vitis Benselerus rem gessit, Sintenisius iudicavit pag. 5 „Benseleri opinionibus saepe audacissimis, interdum levissimis“, pag. 6 „leves (Benseleri) et incredibiles hariolationes.“

tuum [5]. Impeditae enim atque salebrosae dictionis propter quam a nonnullis male Plutarchus audivit, nunc demum in hiatus evitandi studio rationem esse repertam et excusationem, non dubito quin concessurus sis, ubi in hanc rem intentus aliquot libros perlegeris vere Plutarcheos. Nam minus hoc commode potest singularibus exemplis qualia sunt 41 c *αἱ πολλαὶ τοὺς ἀκούοντας ἁμαρτίαι διαφεύγουσιν*, 935 c et 944 b *ἡ παρ' ἡμῖν ἔχει γῆ*, 387 f (*τὸ Ε*) *ὡς . . . μεγάλου πρός τὰ ὅλα και κυρίου σημεῖον ἀριθμοῦ προτετιμῆσθαι*, 60 d *αὕτη τοῦτον ἡ παῤῥησία τόν ἄνθρωπον ἀποκτενεῖ* [6] vel

5) Tertium aliquod accedit, quod inter Moralia illi libri, qui prae ceteris scatent hiatibus, sunt iam aliis de causis fere omnes vel prorsus a Plutarcho abiudicati, id quod cadit ex. gr. in Parallela, Amatorias narrationes, libros De vitis decem oratorum, De placitis philosophornm, De vita et poesi Homeri: vel ut valde corrupti ab optimis criticis notati velut Consolatio ad Apolloniam et libellus De fato. Paucos quos primus Benselerus propter solam hiatuum multitudinem spurios esse contendit, libros scilicet De garrulitate, De vitando aere alieno, Adversus Stoicos, accuratius tractare mihi per tempus non licuit: monuerim tamen, inter illos hiatus, quos Benselerus opinionis suae argumenta allegavit, haud paucos esse quos ipse alibi a Plutarcho non evitatos censuit, alios ex iis legibus, quas mihi Plutarchus secutus esse videtur, tolerabiles: ceteri si neque removeri sive codicum ope sive coniecturis possunt probabilibus, neque ita excusari, ut libri illi esse corrupti convincantur, nos quoque non poterimus, quin non Plutarchea esse ista scripta concedamus. Nihil vero contra nos valere, quod in libro De educatione liberorum, si Wyttenbachio fides habenda est, pseudoplutarcheo, pauci reperiuntur hiatus, non est cur moneam. Nam licet unum eundemque scriptorem in plerisque libris hiatum evitasse, in aliis prorsus non curasse credi nequeat, Plutarchum exilis et si quid ego sapio putidae diligentiae posse aemulatores habuisse quis infitiabitur?

6) In describendis locis Wyttenbachii editionem secutus sum, Duebneriani textus discrepantiis, quae quantulicunque esse momenti ad nostram quaestionem diiudicandam videbantur, omnibus appositis. Reiskianam et Huttenianam, ut par erat, fere neglexi et ne recentiores quidem singularium librorum editiones multa mihi praebuerunt enotanda.

centum allatis demonstrari. Ut vero consentaneum est, multum scribendo Plutarchum in dies maiorem sibi comparasse hiatus effugiendi habilitatem, ita animadvertere mihi visus sum, illos Plutarchi libros, qui maturiorem referunt provectioremque aetatem, verborum quoque collocatione excellere lenius placidiusque fluente, quare iure eum dictionis istas salebras non admisisse dicas nisi hiatus causa evitandi. Diverso sensu librarii verba Plutarchi simpliciorem in ordinem mutantes multis locis hiatuum exstitisse auctores a nobis accusandi sunt, in quibusdam laesarum aurium iam coarguti editione Duebneriana, quae ex. gr. 1018 b, ubi apud Wyttenb. legitur *ἐν ὅσαις λέγεται ἡμέραις τὰ ἑπτάμηνα . . . τελεογονεῖσθαι*, veram haud dubie restituit scriptoris manum exhibens *ἡμέραις λέγεται* [7]).

Gravius haud paullo argumentum est hiatuum raritas, de qua ante Benselerum neminem quicquam monuisse vix poteris satis mirari, cum exemptis illis — et ne hi quidem multi sunt — quos aut non potuit Plutarchus aut certis de causis noluit evitare [8]), vix tertia quaque pagina editionis Francofurtanae singuli restent, quod qui casui vellet tribuere, illi certe Anticyra tantum non omnis esset destinanda. Ac-

7) Simili ratione librarii Plutarchum 145 a asperserunt maculis insolentiorem accusativum quem vocant consequentiae *ὡς τὸν θάλαμον αὐτῇ διδασκαλεῖον εὐταξίας . . . γενησόμενον. Ὁ δὲ . . .* in genetivum corrumpentes *ὡς τοῦ θαλάμου αὐτῇ διδασκαλίου* (sic) *εὐταξίας . . . γενησομένου. Ὁ δὲ . . .* Illum genetivo non solum non deteriorem, ut Wyttenbachio visus est, sed longe elegantiorem recte revocavit Duebnerus, ipse quod noli oblivisci, nihil de hiatu removendo suspicatus.

8) Hos qui fuerint ostendere praecipue disputationis est nostrae. Ne tamen examinaturus quae de hiatuum numero a nobis dicentur, nimis sis impeditus, apponam hic Sintenisii verba epist. pag. 8: „nec articuli offendunt hiatus facientes, nec praepositiones nec *καὶ* particula nec numeralia nec quae unam notionem efficiunt nec denique in quibus intercedente interpunctione pausa fit.“

cedit quod illorum locorum in quibus hiatus reperiuntur intolerabiles, non pauci sunt aliis de causis emendandi ut 549 c ubi pro codicum lectione ἡ ποινὴ ἡ iam Reiskius coniecit ἵππον ἡ et 1038 b ubi idem pro φυσικῷ ἰδίᾳ voluit φυσικῷ νὴ δία, quas coniecturas Wyttenbachio probatas Duebnerus optimis suis codicibus Parisinis repperit confirmatas [9]. Eiusdem Duebneri editio mirum quantum favet Benseleri opinioni. Nam ubicunque Benselerus ad removendos hiatus proposuit librorum quorundam, Ald. et Basil. praesertim et Petav., lectiones recipiendas, ibi fere Duebnerus vel prorsus easdem exhibet velut 300 e ἀποκτεῖναι τὸν Εὔνοστον pro Wittenbachii ἀποκτεῖναι Εὔνοστον et 749 b ἵλεω παρεῖναι pro ἵλεω εἶναι [10]), vel Benselerianis meliores ut 285 d ὀνομασθῆναι τὸν Ἐνυάλιον pro Wyttenb. ὀνομασθῆναι Ἐνυάλιον et Benseleri ο. τὸ Ἐνυάλιον [11]). Interdum quod maximi esse momenti senties, Duebnerus ipsius Benserleri coniecturas propter solos hiatus commendatas veram probat Plutarchi manum restituisse. Ita ex. gr. 325 f ubi vulgo erat φθείρεσθαι τὰ οἴκοι ὑπὸ τῶ προςοίκων βαρβάρων ἐμβεβληκότων, uncis ὑπὸ inclusit ut codicum Parisinorum auctoritate destitutum [12]).

9) correxit idem 17 e, 485 d, 753 b, 931 a, retinens 320 c. τυράννου αἰτοῦντος et 762 b αὐτοῦ ὀνίνησιν, cum non possit dubitari quin 320 c cum Reiskio τυράννου ζητοῦντος et 762 b cum Meziriaco (utriusque coniectura Wyttenbachio probanda est visa) αὐτοὺς ὀνίνησιν nec non cum Benselero pro αὐτοὶ ὑπὸ 91 c αὐτοῖς ὑπὸ et pro δεῖ οὖν 261 a δεῖν οὖν sit scribendum.

10) cfr. praeterea 17 e, 51 a, 316 f, 318 f, 412 b, 480 d, 485 d, 540 b, 1002 d al. Monendum mihi est, de Quaestionum conviralium libris IX prorsus me tacere maluisse, quam neglegentius eos tractasse videri, quippe quem ab accurata illorum tractatione tempus prohibuerit: spondere tamen possum in univeraum ibi hiatum eadem esse cura evitatum atque in ceteris Plutarchi Moralibus.

11) cfr. 51 c, 434 a, 1018 b, al.

12) cfr. 386 f et 967 c.

Plures hiatus idem alia, quam qua Benselerus voluit ratione removit, quippe qui 918 d pro vulgato ἱστορεῖ οὖν et Benseleri ἱστορεῖ δ'οὖν e codicibus dederit ἱστ. γοῦν et 92 ef quod vulgo legitur παρέχουσι μᾶλλον ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ ἀσχημονοῦντες αἴσθησιν mutaverit in μᾶλλον ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ παρέχουσιν αἴσθησιν ἀσχημονοῦντες [13]), quod si quis e coniectura proposuisset, ne illum omnes immanem textus vitiatorem appellassent [14]).

Iam eorum qui restant hiatuum quin magna pars a futuro Moralium editore veritatis e codicibus in lucem proferendae studioso possit debeatque expelli, non dubitabis perlectis Duebneri his verbis (praefat. pag. 3): „Iam dicendum de iis locis, in quibus nos oportuit ἐπέχειν. Quod aliquoties fecimus inviti: nam erat ubi exquisita praeberent manuscripti, sed *difficiliora explicatu*, dum vulgata cuivis esset plana. . . . In aliis locis vera difficultate premi visa est codicum scriptura vel *incommodi quiddam periodo inferens*, vel vicinis verbis non sat apte se accomodans, ut incerta esset vera vitii sedes," ceteri vero hiatus licet sensus nullam flagitet mutationem, vel contra codices loco erunt movendi.

Ad alteram venimus disputationis nostrae partem leges tradituram, quibus in hiatu evitando admittendove Plutarchus videatur obtemperasse. Atque elisione quidem illum esse usum vel ut cautius loquar non esse offendendum, si vocabula a vocali incipientia leguntur post vocales quae pronuntiando possunt tolli, uno verbo monuisse sufficeret, si non latius de hac re disserere cogeret nos Benseleri neglegentia, qui tam mire de ea dixit, ut veram eius senten-

13) Fere idem quod δῆλοί εἰσιν ἀσχημονοῦντες (oculos turpitudine in se vertunt) valet παρέχουσιν αἴσθησιν ἀσχημονοῦντες, prae quo quod Benselerus legi voluit παρέχουσιν . . . οἱ ἐχθροὶ τοῦ ἀσχημονοῦντος αἴσθησιν misere friget.

14) cfr. 801 a, 944 a al.

tiam si vel Oedipus sis, non possis enucleare. Singula igitur sunt perlustranda. Elidere potuit Plutarchus breve *α* quodcunque (monosyllabis vocabulis exceptis) sive particularum ut 15f *ἀλλ' ἐν*, 41a *ἵν' οἱ*, sive verborum ut 56a *οἶδ' ὅπως*, 760b *οἶσθα ἐπὶ*[15]), sive nominum, quibus participia liceat adiungere. Inter nomina praesertim pluralis neutr. decl. II tot inveniuntur exempla[16]), ut fere nesciam utrum Benselerum ea praetervidisse dicam an scripsisse neglegentius, qui de 1043d *Στάγειρα Ἀριστοτέλης* aliisque locis similibus[17]) disputet ac si talia propter hiatum ferri non posse putaverit. Ne accentus quidem impedire potest, quominus *α* elidatur, ut 577f *θαυμαστὰ ὡς*[18]): nam consentaneum non est, Plutarchum poetarum in vitando hiatu imitatorem elisionis leges habuisse ipsis poetis rigorosiores. Rariora sunt exempla elidendi *α* in singulari neutr. declin. III partim a Benselero non notata ut 166e *ἀτύχημα ἡγοῦνται* (cf. 341 e, 534b, 526 e) partim frustra vel excusata (ut 100c, 100d, 558e), vel tentata ut 133d[19]) *χάλασμα ἔχειν*, pro quo proposuit *χάλασμα παρέχειν*: at *χάλασμα ἔχειν* ut dixi neque hiatu offendit, neque propter sententiam est corrigendum: praecipitur enim ut inter concoctionem habeamus, i. e sumamus, nobis concedamus respirationem et relaxationem. Quod autem ad accusativum masculinorum seu femininorum III declinationis pertinet, exemplorum vi confimatur quod vel

15) rariora sunt verborum exempla. cfr. praeter ea quae supra citavi 135f. 432b, 608c, 610d, 611 d, 932c.

16) cfr. ex. gr. 562e *φάρμακα ἐνίοις*, 28c, 382d, 442d, quibus addi possunt 364c *μάλιστα ἐγκέκλεισται*, 139c, 591c, 421c.

17) 73d, 303a, 442a, 469d.

18) 41b, 500e, 34b, 557f, 1002c, 516c, 52a, (602e).

19) non satis attente de hoc loco Benselerus dixit *ἐῶμεν* esse subintellegendum ad *αὐτοὶ δὲ*, nam *αὐτοὶ δὲ* cum sequente *οἰησόμεθα δεῖν* debere coniungi apparet.

ratio credere iubet, casum illum in *α* desinentem ante vocales ferri posse ridiculumque esse Benselerum, qui de plerisque locis, in quibus hoc *α* ante vocalem invenitur[20]) prorsus tacens, in quibusdam (86 c, 96 a, 606 c, 805 a, 809 d) vocalium hunc concursum anxie excusat, in aliis vero propter eundem codicum scripturam vel corrigere velit (98 b, 136 e, 997 a), vel contra certas editorum coniecturas (354 f 371 a) retinere. Non aliter apparet de participiis esse sentiendum et licet 597 f, quod Benselerus scribendum proposuit *φεύγοντα τὸν Ὑπάτην* pro vulgato *φεύγοντα Ὑπάτην* Duebnerus in codicibus suis invenerit, licet idem Benselerus 460 a pro *ὄντα ἀνυπόπτως* esse *ὄντας ἀν.* legendum recte monuerit, per hiatum et haec stare possent et possunt quae leguntur 576 a *τυχόντα εὐθὺς*, 607 b *εἰπόντα ὅτι* neque 127 b, 396 e, 421 c quicquam cum Benselero est mutandum [21]). *α* in ter-

20) 30 a, 44 b, 50 e, 60 d, 73 f, 78 b, 91 b, 97 d, 131 e, 166 b, 345 c, 399 e, 525 c, 532 c, 548 f etc., quibus quod addi potest 93 e *μάρτυρα ἅμα* nescio an in *μάρτυν ἅμα* sit mutandum, quam formulam quasi solennem fuisse 49 a et 81 a (secundum veram Duebneri correctionem) probant.

21) non magis possumus probare, quae Benselerus 127 ab *ὥςπερ ἀμέλει καὶ Τιμόθεον εἰπεῖν . . . δεδειπνηκότα . . . παρὰ Πλάτωνι . . . λιτὸν δεῖπνον. Ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες . . . ἡδέως γίνονται. Λέγεται δὲ καὶ Ἀλέξανδρος εἰπεῖν* . . . obiter emendaturus proposuit *ὡς ἀμελεῖν καὶ Τιμόθεον* . . . ex Platonis Phaedon. 98 d (edit. Wyttenb. cap. *ν*) *ἀμελήσας . . . λέγειν* probasse sibi visus *ὡς ἀμελεῖν* ita nude positum valere „ut omittam“, quod ut graece ita dici posse largiremur, non solum a Plutarcho et ab huius loci simplicitate alienum est, sed admissum particulas *καὶ* ante *Τιμόθεον* et *δὲ* in sequentibus *λέγεται δὲ καὶ* fere redderet intolerabiles. Wyttenbachio *ἀμέλει* natum esse ex *λέγεται* suspicanti, quia et iteratum *λέγεται εἰπεῖν* displicet et formulam *ὥςπερ ἀμέλει*, quae Plutarcho in deliciis est (cfr. 45 b, 71 e, 128 b, 159 d, 399 f, 436 d, 468 b, 686 e, 796 c. 961 c, 1096 e) expelli, non magis assentiar, quam „*φασὶ* aut excidit aut subaudiendum“ dicenti, sed in *καὶ* particula ante *Τιμόθεον* mihi *φασὶ* videtur latere.

minatione pluralis declin. III non nisi undecies ante vocalem inveni[22]: attamen si vel haec exempla nos deficerent, prorsus non esset, cur 376 e in φῶτά ἐστιν et 478 a in ἀφιδρύματα οἵ cum Benselero οἵ et ἐστὶν deleremus neque eundem 15 d audiemus pro vulgato κηρῷ τινι τὰ ὦτα ἀτέγκτῳ καταπλάσσοντες verba poetae alicuius haec restituenda offerentem κηρῷ τινι τὦτα καταπλάσσοντες ἀτέγκτῳ in quibus τινὶ vix dici potest quantum a magna sonaturo poetarum ore abhorreat. Eadem denique ratione elidi potest breve α declinationis primae, licet Benselerus omnes qui huc pertinent locos, nisi si quibus singularis esse excusatio videbatur ut 403 c et 758 f, corrigere voluerit[23]).

ε saepissime in particulis elidendum invenitur velut 16 c οὐδ' εὐφυής, 51 c ὥςτ' εἰπεῖν, 557 e τῶν τότε (rectius Duebnerus τότ') ἀνθρώπων: in nominibus fere non nisi 385 f πέντε εἰσὶ et 549 a βρέχων τὼ πόδε εἰς, ubi τὼ πόδε quae Benselerus e codicibus quibusdam delenda censuit, a Duebnero quoque uncis sunt inclusa et possunt sane abesse[24]). Praeterea bis notavi σὲ aute voccalem reperiri 95 d σὲ οὐκ et 594 f τάχιστά σε ἥκειν[25]). Tertium enim exemplum quod

22) 48 a πράγματα ἔχειν, 60 d, 167 d, 556 e, 562 f, 557 a, 577 e 14 d, κρέα ἥδιστα (quem locum non est cur inter eos recipere dubitemus quibus in hac voce α breve fuisse comprobatur), 23 f, 552 c, 562 a.

23) cfr. quae adnotavit ille ad 76 a, 164 e, 376 b, 414 d, 468 a, 589 b, 753 d. Mira quae Benselerus de 76 a disputavit, refellere non necessarium puto. Wyttenbachii veram coniecturam τοὺς μὴ πάντων Duebnerus probavit ipse eo reprehendendus quod Wyttenbachium imprudenter verba μικρὸν ἀπολείπουσα ἐσχάτης ἀφροσύνης recte a Xylandro reddita in versione omittentem neglegenter est secutus. Verba ἀπ' αὐτῆς autem criticum manent felicius ea vel defensurum interpretando, vel coniciendo emendaturum.

24) 558 d item legitur τὼ πόδε βρέχοντας quod utrum favere magis an refragari videatur Benselerianae de 549 a opinioni, nescio.

25) apud Duebnerum, vulgo σὲ abest.

88 d exstat, excutiendum est. Leguntur ibi haec: ἂν ἀπαίδευτον εἴπῃ σε, ἐπίτεινε τὸ φιλομαθὲς ἐν σεαυτῷ καὶ φιλόπονον, quae Wyttenbachius cum Xylandro verterat: „Si eum illiteratum dicis, studium discendi tuum laboremque intende“ nihil monens de textus et versionis discrepantia. Duebnerus male textui versionem adaequavit exhibens: „Si illiteratum te dicit“: nam prorsus contrarium faciendum esse scribendumque: ἂν ἀπαίδευτον εἴπῃς (scil. τὸν ἐχθρὸν), ἐπίτεινε ... vel lippi videbunt perlectis 88 c d ἂν δὲ λοιδορῆσαι προαχθῇς — οὐδὲν γὰρ αἴσχιόν ἐστι βλασφημίας παλινδρομούσης inspectisque praeter cetera quae sequuntur, 89a δεῖ τὸν λοιδορησόμενον εἶναι ... ἀλοιδόρητον.

Aliquantulo saepius ε ante vocales legitur in verborum terminationibus sive activis ut 411 e δίελθε ἡμῖν[26]), sive passivis ut 412 f δέξασθε οὖν, 595 b φείσησθε ἡμῶν.

ι non nisi in quibusdam particulis eliditur ut 26 d ἔτ' ὀρθῶς, 32 e ἐφ' ἑαυτῷ et in verbis ut 420 f θαυμάσαιμ' ἄν, 1010 c φήσαιμ' ἄν, 335 e ἐσθ' ὅστις.

ο denique et in particulis nominibusque potest elidi ut 32 d ἀφ' ὧν, 1010 a αὐτὸ ἐκφωνηθέντος, 577 f δύο ἀμφορέες, et in verbis, praesertim ante ἂν particulam ut 758 d ἐπιλάβοιτ' ἂν[27]), rarius ante alia vocabula ut 532 c ἠσπάσατο ἡμᾶς et 534 b, 548 b, 590 b, 812 b, quae exempla Benselerus nec vidisse videtur nec ferenda putasse, quippe qui 353 e ἐγκατεστοιχειοῦτο ἱερουργίαις et 945 b κατεδέξατο εἰς mutari velit et 430 b κατεχρήσατο ἐκεῖνο excuset ut e verbis sumptum Platonis.

Iam quod a Plutarcho vocales α ε ι ο elidi potuisse dicere quam elisas esse malui, id feci propter rationem quam in eis elidendis editores video esse secutos. Wytten-

26) cfr. 143 d, 589 f, 453 c, 923 c, 925 a.

27) cfr. 73 d, 584 c, 790 e, 1096 d; 70 d, 135 c, 281 c, 924 b, 1092 b.

bachius enim, de inferioribus ut ne loquar, nescio an editiones magis priores quam codices secutus scripsit ex gr. 16 c δ'Ἐμπεδοκλέους, 16 d δ'ἐξαπατῶσα — 21 b δὲ ἐκεῖνα: 28 e ἐπεὶ δὲ ὥςπερ — 37 e ἐπεὶ δ'ὥςπερ: 140 e ἵνα, ὥςπερ — 142 a ἵν', ὡς: 557 e εἶτα ὕστερον — 551 f εἶθ' ὕστερον: 557 b νὴ δία, εἶπεν — 553 d μὰ δί', εἶπεν et qui semper fere alias ἀλλ' et παρ' et ἀπ' (ἀφ') ante vocales exhibet, idem 88 f ἀλλὰ ἴδιον, 90 c παρὰ ἀνθρώπων, 284 f ἀπὸ ἡμῶν edere est ausus [28]). At illum quidem aetatis mos excusat in talia parum intentae, Duebnerum vero miraberis inaequalissimum editorem, qui initio Wyttenbachii rationem secutus mox δὲ (ut in huius particulae exemplo subsistam) mox δ' ante vocales praebentis, subito inde a libro De mulierum virtutibus diversam viam iniit elidens ε ante spiritum lenem δὲ integra servata ante asperum, in eo rursus parum constans, quod ubicunque apud Wyttenbachium est δ' ante asperum, ibi idem retinuit Duebnerus. Huic legi per pag. 245—525 crescente in paginas licentia, deinde novo facto impetu inde a pag. 525 usque ad finem strenue obtemperavit exceptis Amatorio et Amatoriis narrationibus (pagg. 748—776), in quibus nescio τί παθὼν rediit ad referendam Wyttenbachii in elidendo inconstantiam [29]). Hanc autem inaequalitatem in nullo scriptore posse ferri, non est cur multis demonstrem. Nam hoc quidem credi ut possit, scriptorem aliquem in uno eodemque libro ex. gr. mox δ'ἐκεῖνος mox auribus seductum δὲ ἐκεῖνος praetulisse: at ullum sanae mentis hominem in hoc libro semper δ'ἐκεῖνος, in altero semper δὲ ἐκεῖνος scripsisse, id nullo profecto modo potest concedi. In Plutarcho

28) Consimile est quod praeter consuetudinem 391 e ἄχρι οὗ, 791 f ἄχρι ἑξήκοντα 819 a μέχρι ἐτῶν edidit.

29) non desunt sane exempla non prorsus cum iis quae de Duebneri ratione elidendi exposui convenientia: sedtamen tam pauca sunt, ut eorum nullam habere rationem satius duxerim.

igitur si nihil de studio illius hiatuum evitandorum innotuisset, aut elidendum ubicunque, aut integra essent omnia vocabula ponenda, cum codicum nullam hic esse auctoritatem insigni documento editio Duebneriana probaverit. Nunciam nemo consentaneum non esse negabit, Plutarchum quem in vocabulis contiguis longarum vocalium concursum sanguine viperino cautius scimus vitasse, in brevibus hiatum tam saepe admisisse elisione facillimum evitatu. Neque hoc sibi quisquam persuadebit, illum legendo quidem elisionem adhibuisse, scribendo significasse non item. Cum enim dubitari non possit quin, quam curam in evitando hiatu posuerat Plutarchus, ea ut delectarentur lectores voluerit, qua demum alia ratione eos potuit monere de elisione adhibenda quam elidendas vocales ipse omittens?

Inter veros hiatus quos Plutarchus admisit, frequentissimi ii sunt, qui vocalibus exsistunt articulos particulasque insequentibus. Et articuli quidem praepositivi quemque casum ante quodque vocabulum ferri posse exemplorum frequentia docet [30]: postpositivi autem non nisi ὃ ante vocales ponere sibi permisisse videtur similitudine ductus praepositivi ὁ [31]. Nam (quod initio Sintenisio quoque visum p. 25 postea sententiam mutanti) ἅ ante vocalem intolerabile existimo, cum videam eorum quae obstant exemplorum alterum 584 f ἃ ἄσκησις a Duebnero esse sublatum, alterum 796 c ἃ οἱ πολλοὶ lenissima coniectura eademque aptissima posse tolli scribendo ἅ γ᾽οἱ πολλοί [32].

30) cfr. 15 d ὁ ἀπατηθεὶς, 23 e ὁ Ἡσίοδος — ἡ 15 c, 25 c — τὸ 15 c, 37 e — τοῦ 15 e, 38 b — τῷ 38 b, 19 b — τῇ 38 a, 28 a — ὦ 595 b 63 b — οἱ 22 b — αἱ 243 c, 303 d (duo haec tantum exempla inveni: ante spiritum asperum quod nulla vidi αἱ et οἱ, casui haud dubie est tribuendum) — τὰ 15 d, 40 d.

31) cfr. 289 e ὃ ἦν, 410 f, 445 b, 583 f.

32) De crasi non eadem ausim confidentia atque de elisione dicere.

E particulis saepe ante vocales leguntur καὶ, μὴ, ἢ, περὶ[33]): rarius πρὸ invenitur[34]) et pro magna particulae frequentia rarissime εἰ cuius non nisi undecim repperi exempla[35]). De particula μέντοι non assentiar Benselero dicenti 362 a μένθ' Ἡρακλείτου, 363 c μέντ' ὄνος esse scribendum, quia prorsus non video, cur tandem elisione hac posthabita Plutarchus 361 f οὐκ ἄνευ μέντοι θείας προνοίας et 935 f οὐκ ἐν ἅπαντι μέντοι χρόνῳ praetulerit collocationi minus distortae. Accedit quod 362 a sententia videtur μέντοι τὰ Ἡρακλείτου vel μὴν τὰ Ἡρακ. flagitare, 363 c autem μέντοι est in oratione aliena, in qua quam non evitaverit scriptor hiatus, infra videbimus. Plura fuerunt Benselero exempla particulae καίτοι notanda, plerumque ut 534 e, 608 c, 1048 d, 1050 b, 1092 b, ferendum hiatum censenti, interdum ut 925 d particula γ' inserta tollendum. Equidem ubicunque καίτοι ante vocalem

ubicunque licuerit eam a Plutarcho esse adhibitam, quia haud paucae vocales cum articulis particulisve non possunt crasi coalescere, ita ut veri possit simile videri, scriptoris aures omnino hiatus in particulis articulisque minus aegre tulisse. In ceteris igitur locis censeo codicibus esse obsequendum aequabiliorem hic quam in elisione inaequalitatem praebentibus: 351 d autem τἄλλα (cf. 256 a) μὲν γὰρ potius quam quod vulgo legitur τὰ ἄλλα μὲν γὰρ, Plutarchum dedisse putaverim, quippe qui soleat μὲν γὰρ post primum enuntiati vocabulum collocare.

33) quorum exempla habes 15 b καὶ ἀλλοκότους, 15 a — 40 e μὴ ἱκανῶς, 14 e — 16 d ἢ ἀρετῆς, 931 c — 22 c περὶ ὅν, 30 b. Attamen 34 e οὐκοῦν μηδὲ δόξαν εἴπῃς, μηδὲ σώματος εὐμορφίαν, μηδὲ στρατηγικὴν χλαμύδα, μὴ ἱερατικὸν στέφανον videtur μηδ' ἱερατ. et 94 a „μοῦνον τηλύγετον“ τουτέστι, μὴ ἔχουσιν ἕτερον γονεῦσι, μήτε ἕξουσι γεγενημένον ex more Plutarchi aut μηδ' ἕξουσι aut μήτ' ἔχουσιν esse scribendum.

34) ut πρὸ ἀρότρου 169 b (554 d), 62 e et 243 d πρὸ ἡμῶν.

35) 586 d εἰ ἀνεὶς, 39 f, 128 d, 386 c, 604 b (accedunt 425 d οἱονεὶ ἀφθαρσίαν, 961 f ὡσανεὶ ἀκούειν), 961 b εἰ οἱ, 98 a, 348 d, 387 a. Duebnerus praebet 586 d ἐὰν ἀνεὶς, 961 b εἰ μὴ, utrumque quia vulgata sensu non est deterius, hiatus gratia evitati praeferendum.

legitur, nisi aliam medelam vel codices praestant, vel sententia commendat, γὲ particulam puto esse inserendam, quae ceteroquin in Plutarcho creberrima inprimis post καίτοι addi solita est, sive seiuncta a καίτοι interiecto uno alterove vocabulo ut 93 c καίτοι τόν γε [36]), sive particulae καίτοι ipsi adhaerens [37]) quorum locorum examen si lubet institutum te docebit, nullam esse inter καίτοι et καίτοιγε differentiam, quare nec mirum saepe librarios γ' illud omisisse sententiae non necessarium. De particula ὅτι quid Benselerus voluerit statutum, de eo potest quidem ambigi, cum inter hiatus quibus Consolatio ad Apollonium scateat foedissimos enumeret ὅτι ἄῤῥεν, ὅτι ὁ, ὅτι οἱ, taceat idem de aliis locis, in quibus ὅτι ante vocalem est, raris quidem illis, si scriptorum Plutarcheorum (Moralium dico) ambitum spectas, crebrioribus tamen, quam qui omnes Benselerum in colligendis exemplis satis diligentem possint fugisse. Legitur enim praeter 526 e ὅτι ἀκούοντες, pro quo quod Wyttenbachius coniecerat ἔτι ἀκούοντες Duebnerus in codicibus repperit, non nisi Quaest. roman. 65 (p. 279 f) πότερον ὅτι αἰδεῖται, 84 (p. 284 c) πότερον ὅτι ἡ et Quaest. graec. 27 (p. 297 c) ἢ ὅτι Ὤχιμος, 45 (p. 301 f) ὅτι Ἡρακλῆς. Atqui ὅτι non solum Quaest. rom. 65 et 84 posse optime deleri quaestionum 6, 12, 20 et praesertim 1, 30, 45, 46 initia te docebunt, verum etiam videri Quaest. graec. 27 a librariis esse additum non negabis inspectis Quaest. rom. 15 [38]), 32, 57, ut in his exemplis subsistam, cum e Quaest. rom. graec. natural. plurima pos-

36) cfr. 516 e, 535 d, 559 b, 604 c, 961 a.

37) ut 169 f, 170 f, 330 c, 411 f, 439 c, 440 b, 516 e, 555 e, 810 d, 921 d, 924 d, 961 c (ubi tamen Duebnerus pristinam lectionem καὶ ταυτί γε haud scio an recte restituit) 1049 c, 1088 e, item μέντοιγε 51 a.

38) ubi quid sibi velit Duebneri ἢ [ὅτι] Ῥωμύλος nescio, nam uncis illis „quaecumque in codicibus Parisinis vel omnibus vel bonis quibuscumque non leguntur“ et „quae editores et veteres et novi sententia sum-

sint addi. Quaest. graec. 45 denique ὅτι et prorsus languet (quod iam Xylander sensit vertendo ὅτι omittens) et consimilis exordii quaestionum 48 et 58 comparatione respuitur [39]).

Hiatus qui restant in continua Plutarchi oratione ferendi, non possunt bene in certa genera cogi, quare praestat singulos quales sint exemplis monstrare. Non offendendum est in 322 b Γαΐου Ἀτιλίου, 97 d ὁ μὲν Φιλίππου Ἀλέξανδρος, 464 e Πακκίῳ εὖ πράττειν (608 a), 366 f ἐνάτῃ ἐπὶ δέκα (scil. τοῦ μηνὸς ἡμέρᾳ cfr. 367 e, 378 b) in omnibus igitur locutionibus communi usu ita receptis, ut non licuerit eas propter hiatum informare [40]). Eadem ratione Plutarchus non dubitavit dicere ὅτι ἂν 57 f, 80 a, 537 e, nec τί ἂν 79 d, 281 e, 476 c, τί οὖν 88 b, 88 f, 93 f, 141 d, τί ἄλλο 470 d, in quibus non magis hiatus est, quam inter singulas unius vocabuli (ex. gr. τιάρα) syllabas. Rarius huiusmodi exemplum est 45 d οἱ δὲ τοῦ μὲν λέγοντος οἴονταί τι ἔργον εἶναι, quem hiatum si bene potuisset, haud dubie Plutarchus evitasset [41]): sed non ei licuisse ἔργον τι εἶναι scribere ex haud paucis locis concludi potest, in quibus collocatione insolentiore talem hiatum effugit ut 88 e ἕξει τι χρήσιμον ἐκ τοῦ λοιδορεῖν, 1005 c ἔχει μέν τι φλογοειδὲς ἢ πνευματικόν, 1092 b ἐπινοεῖ τι δεινὸν ἕν. Ac Benselerus quidem videtur et τὶ et

mopere flagitante de coniectura" adiecerunt includenda curavit, ὅτι vero illud neque apud Reiskium et Wyttenbachium legitur, neque horum quisquam de eo inserendo cogitavit.

39) Cum Sintenisio facio pag. 24 ὅτι ἡμῖν excusante ut in oratione alius. Ne hoc quidem commemoratione indignum videtur, cum vulgo Plutarchi librum aliquem inscribant ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον ipsum 1087 b scripsisse ἀποδεῖξαι γὰρ ... ἐπιχειρήσωμεν, ὅτι μηδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' αὐτούς.

40) 477 f αὐτοὶ ἑαυτοῖς quod ita voluerat Benselerus excusari, optime Duebnerus mutavit in αὐτοὶ μὲν ἑαυτοῖς.

41) cfr. 45 e καίτοι καὶ συνδείπνου τι χαρίεντος ἔργον ἐστί.

τί ante quodcunque vocabulum ferendum putasse, ego vero non possum non mirari, quod Quaest. graec. 48 legitur διὰ τί ἐν, cum non solum in ceteris quaestionibus, quae verbis διὰ τί incipiunt [42]), semper hiatus sit evitatus, verum ubicunque haec formula simili permutatur [43]) in consonantem desinente ut πόθεν, ἀπὸ τίνος ibi (excepta una 56, ceteroquin corrupta haud dubie et manca) semper quaerendi formulam vocalis sequatur, ita ut in quibusdam sane possit diversa formula sententiae causa accuratius proferendae dilecta videri, quaest. 52 autem τίς αἰτία δι' ἣν Ἠλεῖοι et 54 τίς αἰτία δι' ἣν ἐν et 57 ἀπὸ ποίας αἰτίας ὁ non nisi hiatus evitandi causa ita scripta esse appareat. Neque quisquam, ut spero, casui tribuens quod semper vocales insequuntur vicarias illas formulas, solo variandi studio Plutarchum ita scripsisse putabit. Nam mira profecto esset et ridicula variatio septem continuis quaestionibus (45—51) formula διὰ τί assutis duas addere (52 et 54) verbis τίς αἰτία δι' ἣν incipientes, qua formula quaest. 48 adhibita et variari reapse et hiatus potuisset evitari. Aliquanto saepius quam in Quaest. graec., in Quaest. roman. διὰ τί ante vocalem legitur, sed eaedem compensant vitium medelam optimam suppeditantes. Sicut enim quaestiones 8, 12, 35, 43, 73, 111; 7, 108, e quibus priores quidem alia magis, minus alia suae quaeque praecedenti similes sunt argumento, septima autem et centesima octava cum sexta et centesima septima nullo modo cohaerent, verbis διὰ τί δὲ inducuntur, ita non solum quaest. 2 et 31, quae quaestionibus 1 et 30 argumenti vinculo arctissimo adiunctae sunt, δὲ percommode inseri concedes, verum idem quaest. 50 et 98 addi posse non negabis, licet 50 et 49 parvam (eas agere dixerim de magistratuum sive ambitu sive abdicatione), 98 et 97 fere nullam habeant argu-

42) qq. 31, 36, 37, 39, 45, 46, 47, 49, 50, 51, 53, 55, 58.
43) qq. 41. 42, 43, 52, 54, 56, 57, 59.

menti similitudinem [44]), neque in tricesima prima Quaest. natur. quin pro διὰ τί ἄμπελος sit διὰ τί δ'ἄμελος scribendum dubito, Plutarchum post τί vocales non tulisse nisi in vocabulis cum τί sensu arctissime coniunctis recte ex eo conclusisse mihi visus, quod formula διὰ τί cum centies et quinquagies in solis Qaest. rom. graec. natural. legatur, sexies tantum (ex litterarum ratione plus quam quadragies expectaveris) ante vocales invenitur, solum vero τί non nisi in talibus exemplis, quales supra citavi ut τί ἂν, τί οὖν.

Sed emendationem illam meam nondum ab omni parte ipsi mihi placere ingenue fatear. Primum enim non satis liquet, cur tandem Quaest. rom. 105 non διὰ τί δ'ἐν potius quam quod in libris est διὰ τίνα αἰτίαν ἐν Plutarchus scripserit. Nam non variandi causa illum inter plus centum διὰ τί unum διὰ τίνα αἰτίαν inseruisse apparet. Deinde non sine specie veritatis contenderit aliquis ex ea, quam in Quaest. graecis observavimus formularum interrogativarum varietate, videri Plutarchum non potuisse quaestiones illas argumento non cohaerentes particula δὲ coniungere, quippe qui in ceteris quaestionibus (graecis 1—35 et romanis omnibus) inducendis tantum se praebeat aequabilitatis amatorem, ut vix possimus dubitare quin si licuisset, semper formulam διὰ τί (δ' ante vocalem addito) adhibuisset: quare etiam pro διὰ τί ἐν in Quaest. graec. 48 potius quam διὰ τί δ'ἐν postulari τίς αἰτία δι' ἣν ἐν, hoc vero invitis codicibus textui intrudere religioni esse habendum. Haec omnia mecum volutanti suspitio, quae iam diu pupugerat animum, priusquam de Plu-

44) Duebnerus δὲ delet quaest. 8. et 108, novum addens quaest. 11: hoc si mihi assumo illis non abiectis, non vereor ne cui inconcinnior videar. Nam quomodo δὲ quaest. 8, 11, 108 intercidere potuerit, perfacile intellegitur, cur sit a librariis additum, non item. Sin vero Duebneri codicibus censebis esse obsequendum, (et per hiatum licet iis obtemperare), meae argumentationi vel ea quae restabunt exempla sufficient.

tarchi odio hiatus inquirere instituissem, mirum quantum aucta est. Etenim credo quaestionum harum ordinem valde esse corruptum, e quibus in Quaest. rom. (ut de his primum loquar) nonnunquam quidem coniunctas esse vides quaestiones argumento similes, velut praeter alias 10, 11, (12 [45]), 13, 14, quae de more agunt capitis velandi, et 109—113 ad flaminem dialem spectantes, alias velut 1, 2, 29, 30, 31, 65, 87 (de ritu nuptiarum) — 40, 44, 50, 109—113 (de flammine diali) — 19, 84 (de chronologia) — 72, 73, 78, 93, 99 (de auguribus) argumento arctissime cohaerentes collocatione misere esse distractas. Atqui quis sibi persuadebit Plutarchum, qui De mulierum virtut. cap. 15 [46]) anxie se excusat, quod nullum certum ordinem sit secutus, eundem has quaestiones ita leviter sparsisse quasi corporum quorundam divulsa membra temere inter se miscentem? Pristinum igitur ordinem si restituere conabimur (quod non est huius loci), omnes illae quaestiones, in quibus δὲ aut iam nunc exstat aut propter hiatum debet addi, aliis erunt adnectendae argumento consimilibus [47]).

45) hanc enim undecimae sicut tricesimam quintam tricesimae quartae lenissima ansa data assuit.

46) pag. 253 cf. τὰς δὲ καθ' ἑκάστην ἀρετὰς ὅπως ἂν ἐπίῃ σποράδην ἀναγράψομεν οὐδὲν οἰόμενοι τῆς κατὰ χρόνον τάξεως δεῖσθαι τὴν ὑποκειμένην ἱστορίαν: temporum ille ordo est in Apophthegmatis regum et ducum.

47) Cavendum hic est ne parum accurate supra scripsisse dicar contendens in una Quaest. rom. 105 esse διὰ τίνα αἰτίαν, cum ibid. 112 legatur διὰ τίνα δὲ αἰτίαν οὐδὲ κιττοῦ. Et hic licuisse quidem Plutarcho scribere διὰ τί δ' οὐδὲ apparet, sed recte cur formulam διὰ τίνα δ' αἰτίαν hic adhibuerit scriptor, ita expedire mihi videor, ut eum et aurium gratia διὰ τί δ' οὐδὲ, cui inelegantia aliqua inest, reiecisse dicam et ad vim sententiae addendam in hac quaestione, quae omnium de flamine diali agentium agmen videtur clausisse, exiliori διὰ τί δ' formulae, quae iam aliquotiens praecesserat, plenius sonantem διὰ τίνα δ' αἰτίαν praetulisse.

Quaestiones romanae versantur in causis institutionum tradendis vitae publicae et privatae: graecae (inprimis quaestiones 1—35 omnes fere verbis τίς ὁ, τίνες οἱ et similibus incipientes) tractant locutiones et (sit venia verbis) nomina proverbialia fabellis explicanda, quarum plurima pars e poetis inferioris et notae et aetatis sumpta videtur[48]). Quare cum nulla esset inter singulas argumenti similitudo, neque in certum ordinem poterant disponi neque usquam δὲ particula annecti praeter unam 48, ante quam quaestio similis argumenti non alia videtur ratione intercidisse quam qua quaestionum 56 et 25 partes aliquae a librariis haud dubie sunt praetermissae et octo quaestiones naturales iam post Longolium perierunt. Naturalium denique quaestionum ordinem minus quam romanarum esse turbatum, tibi epigrammata quaestionum celeriter perlegenti patebit, sed ne hunc quidem integrum esse servatum, vel uno quaestionis 24 exemplo potest demonstrari, ubi (pag. 917 f) haec leguntur: *Διὰ τί περὶ τὰς πανσελήνους ἥκιστα ταῖς ἰχνοσκοπίαις ἐπιτυγχάνουσιν; Ἢ διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν; δροσοβόλοι γὰρ αἱ πανσέληνοι . . . ἡ γὰρ δρόσος ἀσθενής ἐστι καὶ ἀδρανὴς ὄμβρος, ἀσθενὲς δὲ καὶ τὸ τῆς σελήνης θερμόν· ὅθεν ἕλκει μὲν ἀπὸ γῆς . . . ἄγειν δὲ εἰς ὕψος μὴ δυναμένη μηδὲ ἀναλαμβάνειν μεθίησιν.* Nihil aliud potest *ἢ διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν* significare quam „an ob eam quam iam dixi causam?“ recteque ita fere habet versio Xylandri latina. Atqui neque in ceteris quae praecedunt quaestionibus quicquam de rore dixit nisi quaest. 6 (pag. 913 f), eum pingues feminas facere graciliores, neque quaestioni vicesimae tertiae ceteroquin simili id argumentum est, cui illa ratione quaestio 24 potuerit ad-

48) Quid quod numerosae orationis frusta in quibusdam mihi videor invenisse velut 41 (pag. 301 b) (*Ἡρακλῆς*) *χαίρων τῷ ὑπολείπεσθαι γένος ἀνδρός* et 37 (299 d) (*λίθος*) *νυκτελίοις ἱεροῖς ἀποκείμενος.*

iungi. Verum ἡ εἰρημένη αἰτία in ea est quaestione quae nunc quidem sequitur, olim haud dubie praecessit vicesimam quartam. Hac enim vicesima quinta explicat, rorem qui per frigus fiat (i. e. pruinam), indagationem ferarum reddere difficilem, nam frigus constringere in rore odores, qui nisi moveantur (calore solis), non possint percipi. His demum expositis recte potuit in hunc modum pergere: Quare etiam circa plenilunia minime indagantur e vestigiis ferae. Nam plenilunia rorem spargunt qui et per se languidus est (οὐ κινεῖ τὴν ὄσφρησιν), et calore lunae parum valido nequit auferri.

Ad hiatum redeuntes restat ut de vi pausae deque alienorum verborum ratione a Plutarcho citatorum dicamus. Vocalium concursus, qui pausa quam vocant maxima fiunt intercedente, ferri posse consentaneum est, quamquam hi quoque expectatione sunt rariores. Multo quod mirere crebriores hiatus sunt inter membra singulorum enuntiatorum, quae vel particulis ut 49 e οὐ γὰρ δεῖ βλαβέντας αἰσθέσθαι, ἀλλ' ὅπως μὴ βλαβῶμεν ἐμπειρίαν λαβεῖν [49]), 28 b ἕξει δὲ (λόγον) ἄνπερ χρηστὸν ᾖ· ἂν δὲ..., vel sola vi sententiae sibi opponuntur, ut 171 d Ἄμηστρις.., δώδεκα κατώρυξεν ἀνθρώπους ζῶντας... τῷ ᾅδῃ. ὃν (atqui eundem) ὁ Πλάτων φησὶ φιλάνθρωπον ὄντα... quorum plerosque cum videam facillime potuisse evitari, temerarium tamen esse de omnibus cogitare corrigendis, iam dixerim Plutarchum ceteroquin hiatus osorem interdum eum dedita opera quaesivisse, ut insolitus lectorem sonus attentum faceret vel in totam sententiam vel in primum eius vocabulum. Huc igitur referendum est quod legitur 97 f εἰ τὰ τῆς εὐβουλίας ἔργα τῆς τύχης δικαι-

49) 981 c d igitur ubi apud Wytt. legimus οὐ γὰρ τρέφει κήτη ἀλλ' ἢ φώκην... καὶ δελφῖνα unum verum est ... τρέφει κήτη, ἀλλ' ἢ ... quod iam a Xylandro lectum ut versio eius prodit („non enim cete ibi sunt, sed duntaxat... phocam et ... delphinem habet“), Benselerus quasi e coniectura proposuit codicumque iussu restituit Duebnerus.

οὖμεν εἶναι, ἔ σ τ ω τύχης καὶ τὰ τῆς δικαιοσυνης καὶ τὰ τῆς σωφροσύνης καὶ νὴ δία τὸ κλέπτειν . . . καὶ . . . καὶ . . . (ubi si voluisset hiatum evitare, potuisset scribere τύχης ἔστω) et 582c ὥςπερ εἴτις ὑπὸ τοῦ βέλους φαίη τετρῶσθαι, μὴ τ ῷ βέλει (,) ὑ π ὸ τοῦ βαλόντος, μεμετρῆσθαι δὲ αὖ τὸ βάρος ὑπὸ τοῦ ζυγοῦ, μὴ τ ῷ ζυγῷ (,) ὑ π ὸ τοῦ ἱστάντος [50]). Saepe Plutarchus hiatu quasi termino est usus, quo sua verba ab alienis secerneret velut 22e κέχρηται „Ὡς . ., 40 d ἀναφθέγγεσθαι „Ἢ . ., 36b τὰ δὲ τοῦ Θέσπιδος ταυτὶ „Ὁρᾷς . . [51]), 67 d δέω, εἶπεν [52]). Quare minime hiatu offendit 358c τοῦ δὲ "Ὧρον „Ἵππον" εἰπόντος neque propter sententiam ἵππον omnibus codicibus nitens in λύκον est cum Benselero mutandum, cui etiam Partheius novissimus libri de Iside et Osiride editor recte non obtemperavit. Consimilis ratio eorum est locorum, in quibus oratio quam vocant directa post particulam ὅτι vocali incipit [53]) ut 527a λέγοντος ὅτι οἱ μὲν, 130a λέγωμεν ὅτι ὥςπερ, 538bc τὸ ῥηθὲν . . . ὅτι ἥδιστα, 563b ἔφην ὅτι ὁ Σολεὺς . . . 419c εἰπεῖν ὅτι, "Οταν et 419 d εἰπεῖν . . . ὅτι, Ὁ. Permisisse sibi vocalium concursum, non quaesivisse auctor videtur in enumerationibus velut 88c ἐπιμελείᾳ, χρηστότητι, μεγαλοφροσύνῃ, φιλανθρωπίᾳ, εὐεργεσίαις [54]), in quibus inter

50) accentu ut ita dicam rhetorico verba ἔστω et ὑπὸ sunt distinguenda, cuius vim patrio sermone augemus particula und addita „nicht mit dem Geschoss und von dem Werfenden."

51) recte igitur 17e ταυτὶ οὕτως Benselerus adverbium οὕτως esse cum sequente versu coniungendum dixerat et probavit emendationem Duebnerus.

52) 46b pro vulgato εἰ μή τις, ἔφη, ᾖς ἀναίσθητος καὶ . . . non est cur non libenter amplectamur Duebneri lectionem εἰ μή τις ᾖς ἀναίσθητος, εἶπε, καὶ . . .

53) de qua re tacere snpra de particula ὅτι ante vocalem non ferenda dicenti satius videbatur.

54) cfr. 97c, 169e, 523d, 601a, 1050d.

singula membra tam magna intercedit pausa, ut hiatus non exsistat. Sed nullo modo possum Benselero assentiri[55]) hiatum esse ferendum putanti inter duo vocabula, quae Reiskius Hutteniusve vel commatibus separarunt (et iusto longe saepius id factum est), quia tantam hiatus ponendi licentiam si Plutarcho condonaremus, prorsus non posset intellegi hiatuum tanta raritas[56]). Itaque ad removendum hiatum nec non propter sententiam 165 d pro *μόνος δὲ ὁ φόβος οὐχ ἧττον ὢν τόλμης ἐνδεὴς ἢ λογισμοῦ, ἄπρακτον ἔχει ... τὸ ἀλόγιστον* censeo *λογισμοῦ καὶ* (insuper) *ἄπρακτον* et 251 f (*αἱ ἱερίδες*) *ἔστησαν τοπρῶτον σιωπῇ ὁσίως προισχόμεναι τὰς ἱκετηρίας* esse *σιωπῇ καὶ ὁσίως* legendum, delendum autem 297 a *ἀλάστωρ μὲν κέκληται ὁ ἄληστα ... δεδρακώς* verbum *κέκληται* eadem ratione a librariis additum qua *καλεῖσθαι*, quod Benselerus et Duebnerus 412 b expulerunt. Propter sententiam item corrigendum est quod 303 d legitur *εἰ δὴ τοῦτο ἀληθές ἐστι, φαίνεται οὐχ ἕνα πλουτίσαι, πολλοὺς δὲ σῶσαι δι' ἑνὸς ἡ θεὸς θελήσασα.* Vertit hoc Xylander ita: „... videtur dea non unum ditare, sed multos unius ministerio servare voluisse“ quod si Plutarchus exprimere voluisset, scripsisset haud dubie ... *πλουτίσαι, ἀλλὰ* (hunc hiatum quam non oderit supra vidimus) *πολλοὺς σῶσαι* ... *Δὲ* enim particula tali oppositioni significandae non par est. Quare cum hiatus *φαίνεται οὐχ* non possit cum Benselero pausa excusari, in his verbis vitium delitescere puto Plutarchumque scripsisse *φαίνεται τόνγ' ἕνα πλουτίσαι* ... Multo minus posse dubitari videtur de medela adhibenda 169 f *ὁ μὴ νομίζων θεοὺς εἶναι, ἀνόσιός ἐστιν; ὁ δὲ τοιούτους νομίζων οἵους οἱ δεισιδαίμονες..* Nam *εἶναι* esse delendum comparatio persuadet non solum aliorum Plutarchi locorum velut

55) nec Sintenisius assentitur cfr. epist. pag. 13.

56) eadem pausa sua inepta Benselerus totas fere hiatuum centurias in Demosthene excusavit cfr. pag. 93, 94, 100.

165 b τέλος.. τοῦ μὴ νομίζειν θεοὺς τὸ μὴ φοβεῖσθαι, 171 c μήτε τινὰ θεῶν μήτε δαιμόνων νομίζειν, verum etiam Platonis apolog. Socr. cap. 2 οὐδὲ θεοὺς νομίζειν qui Plutarcho ante oculos fuisse videtur.

In verbis aliorum citandis Plutarchus varia est ratione usus. Plerumque ipsa orationis indole admonet lectorem, aliena se suis admiscere eaque aut ita profert, quomodo vel re vera dicta sunt vel dicta esse possunt, aut immutando suorum verborum constructioni accomodat. Atque in primo quidem genere citatorum scriptorem non potuisse non cum verbis hiatus recipere apparet, velut 540c καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, quae e Thucyd. II. 60 sumpta sunt et 144e πᾶσα γυνὴ τοῦ λύχνου ἀρθέντος ἡ αὐτή ἐστι, dum in suis ipsius 144f scribit τοῦ φωτὸς ἀρθέντος. Quin etiam repetendum est hic, quod supra de pausa contendi, Plutarchum si aliorum verba non ad fidem sed e memoria citaret vel, quod saepe eum fecisse verisimile est, a se ficta pro alienis venderet, hiatuum exstitisse amantissimum, quibus ut illa magis aliena viderentur efficeret. Cuius rei nescio an luculentissimum sit exemplum 139c ubi Ἡρόδοτος ait εἶπεν ὅτι ἡ γυνὴ ἅμα τῷ χιτῶνι ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ, cum in ipsius Herodoti (I, 8.) verbis ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αιδῶ γυνή unus tantum sit hiatus. Pro parte huc pertinet 925cd δείκνυσιν Ἀρίσταρχος ... ὅτι τὸ τοῦ ἡλίου ἀπόστημα τοῦ ἀποστήματος τῆς σελήνης, ὃ ἀφέστηκεν ἡμῶν.., ἔλαττον.. ἢ εἰκοσαπλάσιόν ἐστι· καίτοι ὁ τὴν σελήνην ἐπιμήκιστον αἴρων ἀπέχειν, φησί, ἡμῶν (rectius Duebnerus ἀπέχειν φησὶν ἡμῶν) ἓξ καὶ πεντηκονταπλάσιον τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς γῆς ... καὶ ἀπὸ ταύτης συλλογιζομένους (recte Duebn. συλλογιζομένοις) ἀπέχει ὁ ἥλιος ... ubi Plutarchus τὸ τοῦ ἡλίου ἀπόστημα potest re vera ex Aristarcho sumsisse *) et verbis . . . ἀπέχει ὁ ἥλιος . . . mathematicorum

*) Scripseram haec non cogitans posse Aristarchi librum ipsum esse servatum. Quod re vera ita esse postqnam ab amico sum monitus, inspexi

breviloquentiam gravitatemque videtur imitari voluisse orationis lenociniis destitutam [57]), ita ut e Benseleri censeam coniecturis τὸ ἀπόστημα τοῦ ἡλίου — καίτοι γ'ὁ — συλλογιζομένους ἀπέχειν τὸν ἥλιον (quod omnino stare non potest) non nisi alteram καίτοι γ' ὁ esse recipiendam. Non minus bene ferri potest 480 d 'Ο . . . Πεισίστρατος ἐπιγαμῶν ἐν ἡλικίᾳ οὖσι (recte Duebn. ἐνηλίκοις οὖσι) τοῖς υἱοῖς ἔφη, Καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἐκείνους εἶναι ἡγούμενος . . . quamquam cum 189 d, ubi idem refertur, hiatus sit evitatus soleatque Plutarchus ἡγεῖσθαι verbo εἶναι omisso ponere [58]), nescio an εἶναι hic quoque sit inducendum. In altero genere citatorum, ubi verba aliena suorum constructioni adaptavit, idem conspicuus est hiatuum amor: nam plerumque ea hiatu aliquo donavit sive imitatus primum eorum auctorem sive ipso illo hiatuum liberalior. Ita 71 d ὁ Θουκυδίδης τοὺς Κορινθίους λέγοντας περὶ αὐτῶν πεποίηκεν, ὡς ἄξιοί εἰσιν ἑτέροις ψόγον ἐπενεγκεῖν sumsit e Thucyd. I. 70 καὶ ἅμα, εἴπερ τινὲς καὶ ἄλλοι, ἄξιοι νομίζομεν εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν et 606 c scripsit (Διογένης) εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον παρελθὼν . . . καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναχθεὶς ὡς κατάσκοπος, Ναὶ κατάσκοπος [59]), ἔφη, τῆς ἀπληστίας ἀφῖχθαι αὐ-

cum et magno meo gaudio statim initio operis (edit. Wallis. pag. 569) repperi ea verba quae haud dubie Plutarcho ante oculos fuerunt. Sunt enim haec: ἐπιλογίζεται οὖν τὸ τοῦ ἡλίου ἀπόστημα ἀπὸ τῆς γῆς τοῦ τῆς σελήνης ἀποστήματος μεῖζον μὲν ἢ ὀκτωκαιδεκαπλάσιον, ἔλασσον δὲ ἢ εἰκοσιπλάσιον.

57) Eandem ob causam retinuerim supra ἀπέχει, φησὶν (hoc e Duebn. assumens), ἡμῶν quae erat vulgata ante Wyttenbachinm nova lectione ἀπέχειν φησὶν ἡμῶν haud paullo elegantior.

58) cfr. 35 c Ὅμηρος . . . οὔτε ψεκτὸν ἡγούμενος τὸ μὴ αἰσχρόν, 55 d δεῖ τὸ εὐφραῖνον καὶ χαριζόμενον ἡγεῖσθαι φιλικόν, 65 a κοινὰ γὰρ τὰ φίλων ἡγούμενος, 525 c (ὁ Δημάδης) τὰς Ἀθήνας μικρὸν ἡγούμενος τῆς ἀσωτίας ἐφόδιον.

59) haec duo vocabula in Duebneri editione ipso haud dubie invito interciderunt.

τοῦ, cum in directa Diogenis oratione (ἀφῖγμαί σου) hiatum nullum fuisse verisimile sit[60]). Non raro autem consentaneum est Plutarchum aliorum verba sive integra sive variata ita suis intexuisse, ut nisi si aliunde monitus sis, non possis recocta te legere suspicari. In talibus dupliciter scriptorem egisse et ratio persuadet et exemplis quibusdam potest demonstrari. Etenim aut remotis ea hiatibus rettulit, quasi noluerit mutuo se ea prodere sumsisse velut 166 f πέρας ἐστὶ τοῦ βίου πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ θάνατος descripsit e Demosth. orat. de corona pag. 326 c (pag. 258 Reisk.) πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ[61]) θάνατος, aut retinuit hiatus peregrinae originis indicia ut 967 c ubi Benseleri suspitionem verba τόξα μασχάλῃ ὑποθεὶς ... esse poetae alicuius Duebnerus veram fuisse editione sua ostendit. At idem 1002 d Τὸ γοῦν Νῦν ἀμερὲς μὲν καλεῖται καὶ ἀμέριστον ἅμα δὲ πανταχοῦ ἐνέστηκε, καὶ οὐδέν τι τῆς οἰκουμένης μέρος αὐτοῦ ἔρημόν ἐστιν, quae philosophi alicuius esse Benselerus non male e duobus hiatibus illis in tam brevi spatio coniunctis concluserat, unum praeter spem removit verba mire corrigens ita καὶ οὐθὲν αὐτοῦ τῆς οἰκουμένης μέρος ἔρημόν ἐστιν quare si quis ἅμα πανταχοῦ δ'ἐνέστηκε scribere velit, equidem ei non oppugnarim. Neque 81 a πρὸς φίλημα καλοῦ ἢ καλῆς διαμαχησάμενον ὡς ὁ Ἀγησίλαος cum Benselero tulerim, cui „videtur ... hoc ex historia aliqua de Agesilao narrata et communi sermone satis trita desumtum esse.“ Nam quaecunque de hoc argumento historia potuit narrari, in ea aut καλός τις aut καλή τις sola, non ambo una potuerunt commemorari. Et cum re vera Agesilaum cum pulchro quodam rem habuisse Plutarchus non ignora-

60) Eadem ratione scripta esse dixerim 388 d αὖ ἑαυτὴν et 536 b ἐπαινοῦντι αὐτοὺς, quae Benselerus voluit mutare.

61) de Demosthenis hoc hiatu Benselerus pagg. 89—95 nescio qua de causa tacuit.

verit [62]), nostro loco nisi neglegentiae crimen vellet subire, scribere debuit πρὸς φίλημα καλῆς ἢ καλοῦ διαμαχ. ὡς ὁ Ἀγησ. Equidem vero vehementer vereor, ne sint verbn ἢ καλῆς additamentum librarii veterum ignari morum.

Leges e quibus in Plutarcho hiatus possint excusari, iam exposuisse mihi videor omnes. Nam quod Benselerus statuit in Quaestionum rom. graec. et natural. quaestionibus propositis paucos qui sunt hiatus esse ferendos, quippe qui non facile potuerint evitari, id ratione caret. Lenissima enim coniectura et ceterae possunt quaestiones hiatu purgari neque Quaest. natural. septimae (913 f) διὰ τί τὰ πλοῖα χειμῶνος ἐν τοῖς ποταμοῖς πλεῖ βράδιον, ἐν δὲ τῇ θαλάττῃ οὐ παραπλησίως; et Quaest. roman. quadragesimae (274 a) διὰ τί τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς οὐκ ἔξεστιν ἐν ὑπαίθρῳ ἀλείφεσθαι; medelae quibus sanentur desunt, siquidem illic ἐν τῇ θαλάττῃ δ'οὐ scribendum censeo, cum μὲν et δὲ particulae non solum tertio loco apud Plutarchum saepius [63]) verum etiam quarto loco collocentur ut 609 f παρὰ τοῖς αἱρουμένοις δὲ μόνοις (cfr. Kruegeri Griechische Sprachlehre § 68, 5. 4.), 274 a autem videtur ex eo quod 274 d legitur εἰς ὕπαιθρον ἀποδυομένους esse ἐν ὑπαίθρῳ ἀλείφεσθαι in εἰς ὕπαιθρον ἀλείφ. corrigendum, corruptioni quia insolentius est et statim sequitur 274 c τὸ ἐν ὑπαίθρῳ μὴ ἀλείφεσθαι, ut quod maxime obnoxium.

Ex eorum numero locorum, quos Benselerus omisit, tres tantum afferam praeterquam quod hiatu foedati sunt, aliis de causis emendandos. Ita 124 c pro vulgato ἐμνήσθη δὲ τῶν μὲν παλαιῶν, Ἀλεξάνδρου μετὰ πότον πολὺν αἰσχυνθέντος ἀντειπεῖν Μηδίῳ παρακαλοῦντι καὶ καταβάλλοντι αὖθις ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν εἰς ἄκρατον ἀφ' οὗ διεφθάρη esse potius κατα-

62) cfr. 31 c ὁ Ἀγησίλαος οὐχ ὑπέμεινεν ὑπὸ καλοῦ φιληθῆναι.

63) cfr. 946 b τὸ μέλαν δὲ 538 e, 765 f, 931 f—371 c ἐν Ἑρμουπόλει δὲ 358 a, 359 d, 557 b, 609 f.

βαλλοντος ... *αὐτὸν* legendum iam Xylander sensit vertens: „mentionem faciebat... Alexandri Magni, qui... Medio prae pudore non ausus adversari hortanti et ad novam trahenti compotationem, *denuo merum potavit* ex eoque periit.“. Eiusdem Xylandri coniecturam 757 a *καί πάλιν* „*Ὦ παῖδες*.. scribentis pro *καὶ πάλιν αὖ ὧδε* codicibus repperit confirmatam Duebnerus [64]). Non minus tertio loco 367 d *διὸ τὸν Τυφῶνα Σὴθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν* vitium inesse praeter Xylandrum vocem *ἀεὶ* versione non exprimentem vidit Squirius delendam eam aut in *οἱ* mutandam esse admonens: neque potest *ἀεὶ* ferri licet defensorem invenerit Wyttenbachium *ἀεὶ* „Plutarcho subinde sic adhibitum ut propemodum abundare videatur“ dicentem [65]). Nostro enim loco *ἀεὶ* non propemodum abundare videtur, sed prorsus falsum est, quia deus ille et Typhon nominabatur et Bebon et Smy ipso Plutarcho teste. Ergo vel delendum *ἀεί*, vel quod praetulerim, in *καὶ* mutatum ante *Σὴθ* est collocandum. *οἱ Αἰγύπτιοι* enim Squi-

64) qui novum hiatus exemplum ingessit omissa typothetae ni fallor vitio voce *πάλιν* 921 b e vulgata *ὥς που πάλιν ὁ Ἀγησίλαναξ εἴρηκεν.*

65) ad 364 c *ἥλιον δὲ καὶ σελήνην οὐχ ἅρμασιν ἀλλὰ πλοίοις ὀχήμασι χρωμένους περιπλεῖν ἀεί, αἰνιττόμενοι τὴν ἀφ' ὑγροῦ τροφὴν αὐτῶν καὶ γένεσιν.* Affert quibus sententiam suam comprobet haec exempla: 367 d, 125 e. f (125 e nullum est *ἀεί*), 723 c, 735 d (735 e voluisse videtur scribere), 778 d, 785 e, 797 a, 880 a, 1003 b, 1033 f in quibus colligendis satis mirabiliter egit vir ceteroquin accuratissimus. Nam 778 d, 785 e, 1003 b tantum abest ut abundet *ἀεί*, ut a Xylandro rectissime in versionem sit receptum, 367 d autem non magis potest ferri quam 735 e, unde et Reiskius et ipse Wyttenbachins coniectura illud voluerunt removere, 880 a denique in libro est De placitis philosophorum quem Wyttenbachius compendium ait esse maioris operis Plutarchei neque id a Plutarcho factum. Nihilominus equidem 364 c *ἀεί*, quod Reiskius deleri voluit aut in *λέγουσιν* mutari, libenter ferrem, si hiatu non offenderet (quem a Benselero puto pausa excusatum) neque verbum aliquod desideraretur declarandi. His vero de causis *ἀεί* in *φασίν* credo esse corrigendum.

rii displicet quia mos Plutarcheus addendo articulo refragatur (cfr. 354 a, c, d, 355 b, e, 356 a (bis), c, 357 e etc.

Coniecturas quas Benselerus singulorum hiatuum causa removendorum proposuit, omnes percensere longum est. Sunt quas probem novis plerumque commotus argumentis [66]), alias sensu [67]) magis quam certis rationibus ductus immutem paullulum, in aliis denique nullo modo nos video posse acquiescere. Harum e numero nonnullas hic lubet tractare.

756 f seqq.

Ἂν οὖν τὸν Ἔρωτα τῶν νενομισμένων τιμῶν ἐκβάλλωμεν, οὐδὲ τὰ (quod Duebn. delet) *τῆς Ἀφροδίτης κατὰ χώραν μενοῦσιν. Οὐδέ γὰρ τοῦτ' ἐστὶν εἰπεῖν ὅτι τῷ μὲν Ἔρωτι λοιδοροῦνταί τινες, ἀλλ' ἀπέχονται ἐκείνης· ἀλλ' ἀπο μιᾶς σκηνῆς ἀκούομεν...*

Benselerus censuit esse *ἀντέχονται κείνης* legendum, *ἀπέχονται ἐκεινης* enim significare. „Veneri non sunt dediti" et contrarium debuisse dici. Sane contrarium et dicendum erat et est dictum illis verbis, ad quae *λοιδορούμενοι* esse subintellegendum quomodo Benselerum potuit fugere? Rectius haud paullo mihi offendere in eo videor, quod non tantum verba *ἀπέχονται ἐκείνης* praecedentibus *τῷ μὲν Ἔρωτι λοιδοροῦνται* validissima particula adversativa *ἀλλὰ* opponuntur, quae sententiarum rationi parum est apta, verum etiam particula haec iteratur invenuste et putide prorsus in tam

66) Ita ex. gr. 251 f *ἐξελάσαι ἐκ τῆς ἀγορᾶς* ubi Benselerus „fortasse" ait „*ἐκ* delendum, *ἐξελαύνειν* enim etiam cum genitivo praepositione non addita, satis constat" ex more scriptoris *ἐκ* delendum cfr. 145 b, *οὐ γάρ ἐστιν ἐξελάσαι τῆς γυναικωνίτιδος ... τὴν πολυτέλειαν* et 268 e *πᾶν ἄῤῥεν ἐξελαύνουσι τῆς οἰκίας.*

67) unde et saepe alias et inprimis de illis locis iudicium pendet, quibus transponendo est medendum.

paucorum verborum spatio. At Plutarchus, si bene eum novi, scripsit: *ὅτι τῷ . . . τινες, ἀπέχονται δ'ἐκείνης, ἀλλ' ἀπὸ . . .*

---

433 bc

ἐν Ὀλυμπίᾳ τὴν τέφραν προςπλάττουσι τῷ βωμῷ καὶ περιπηγνύουσιν ἐκ τοῦ Ἀλφειοῦ παραχέοντες ὕδωρ, ἑτέρῳ δὲ πειρώμενοι ποταμῷ οὐδενὶ δύνανται συναγαγεῖν οὐδὲ κολλῆσαι τὴν τέφραν.

Hic iterum nodum quod aiunt in scirpo quaesivit Benselerus, *ἀτόπως* nos admonens *πειρᾶσθαι* „modo cum dativo strui“, si significetur *certare cum aliquo.* Quod enim impedit quominus ad *πειρώμενοι* vel *περιπηγνύειν* e praecedentibus vel e sequentibus *συναγαγεῖν* subintellegatur? Hiatus autem cum flagitet mutationem, equidem *ἑτέρων δὲ πειρώμενοι ποταμῶν οὐδενὶ . . .* Benselerianae coniecturae *ἕτερον δὲ πειρ. ποταμὸν οὐδενὶ . . .* praeposuerim.

---

795 b

Τούτου δὲ πολιτικώτερον μὴ μόνον ἐμφανῶς μηδὲ δημοσίᾳ ὀνειδίζειν ἄνευ δηγμοῦ . . . ταπεινοῦντος, ἀλλὰ μᾶλλον ἰδίᾳ τοῖς εὖ πεφυκόσι πρὸς πολιτείαν ὑποτιθέμενος . . .

Mirare hic quaeso ineptam Benseleri subtilitatem, qui „cum“ ait „*ἰδίᾳ* in sequ.[68]) habeat quid sibi sit oppositum, dico *ἐμφανῶς*; illud *τοῖς εὖ πευκόσι* non minus videtur oppositum quid desiderare. Plutarchus igitur pro *μηδὲ δημοσίᾳ* scripsisse videtur: *μηδὲ δημοσίοις ne publicis quidem servis*“ Ergone senum est rempublicam gerentium publicos servos

68) in praecedentibus voluit dicere.

conviciis coercere? Sed apparet Benselerum non solum quae praecedunt et sequuntur nostrum locum ne leviter quidem perlegisse, sed ipsius quoque pauca quae supra adscripsi verba non nisi coniventibus inspexisse oculis, quippe in quibus sermo sit non de εὖ πεφυκόσιν, quibus publici servi possint aliquomodo opponi sed de εὖ πεφυκόσι πρὸς πολιτείαν i. e. de iis qui apto sunt ad rem publicam gerendam ingenio. Mihi Plutarchus δημοσίᾳ γ'ὀνειδίζειν scripsisse videtur confusione non rara apud ipsum duarum quae ante oculos ei versabantur, eiusdem sententiae conformationum, quarum altera erat: πολιτικόν ἐστι, μὴ μόνον δημοσίᾳ τοῖς εὖ πεφυκόσι πρός πολιτείαν ὀνειδίζειν ἄνευ δηγμοῦ, ἀλλὰ καὶ ἰδίᾳ... altera: οὐ πολιτικόν ἐστι δημοσίᾳ γ'ὀνειδίζειν ἄνευ δηγμοῦ τοῖς εὖ πεφυκόσι πρὸς πολιτείαν, ἰδίᾳ δὲ ταπεινοῦν αὐτοὺς πικρῶς ὀνειδίζοντα.

---

454 b

Καὶ γὰρ ὑπερήφανος καὶ αὐθάδης καὶ ὅλως ὑφ' ἑτέρου ὁ θυμὸς δυςκίνητος ὤν, ὥςπερ ὀχυρὰ τυραννίς, ἐξ ἑαυτῆς ἔχειν ὀφείλει σύνοικον καὶ συγγενὲς τὸ καταλῦον.

Quae de hoc loco Benselerus exaravit his verbis: „Est ὁ θυμὸς delendum et ἡ ψυχὴ ex iis quae praecedunt supplendum, quo etiam ὀχυρὰ τυραννὶς et inprimis ἐξ ἑαυτῆς ducit, quod Reisk. in ἐξ ἑαυτοῦ mutare voluit“, nemini possunt non nauseam stomachumque movere. Nam Benselero ut condonemus eum non perspexisse, non recte dici neque τὴν ψυχὴν esse per se ὑπερήφανον et ὑφ' ἑτέρου δυςκίνητον neque eam debere καταλύεσθαι (quod quid sibi velit, prorsus non intellego), nec denique debere eam habere aliquid σύνοικον ἐξ ἑαυτῆς, hoc tamen quomodo aequo quis animo feret, quod non vidit Benselerus esse verbis ὁ θυμὸς deletis ὢν in οὖσα

mutandum, secundum ipsius opinionem in Plutarcho ante vocalem non tolerabile [69]). Ergo non est *ὁ θυμὸς* delendum munitum praeterea praecedentibus et sequentibus cum ceteris tum initio cap. 5 (455 b): *ἔστι γάρ τις, ὦ ἑταῖρε, πρώτη καθάπερ τυράννου κατάλυσις τοῦ θυμοῦ*, quo loco duce nostrum sic emendaverim:

Καὶ γὰρ ὑπερήφανος κ. α. καὶ ὅλως ὑφ' ἑτέρων ὁ θυμὸς δυςκίνητος ὢν ὥςπερ ὀχυρὰ τυραννὶς ἐξ ἑαυτῆς (scil. *καταλύεται* vel *ἔχει τὸ καταλῦον*), *ἔχειν ὀφείλει* ... Praecedentibus (454 a *οὐδὲ γὰρ ἀκούει τῶν ἐκτὸς ἡ ψυχὴ διὰ τὸν θόρυβον*) melius *ὑφ' ἑτέρων* quam *ὑφ' ἑτέρου* congruere non negabis.

---

303 a b.

(*λέγουσιν*) *ἀχράδας δὲ πρῶτον ἐν Πελοποννήσῳ φανῆναι τοῖς Ἕλλησιν, ἔτι τῆς χώρας ἐκείνης Ἀπίαν προςαγορευομένης· ὅθεν ἄπιοι οἱ ἀχράδες μετωνομάσθησαν.*

Articulum *οἱ*, quem Wyttenbachius vulgatae *ἄπιοι ἀχράδες* addiderat, Duebneri codices repudiant comprobantes quod eidem ptaeferendum erat visum *ἐπωνομάσθησαν* pro *μετωνομάσθησαν*, quare Benseleri coniectura *ὅθεν ἄπιοι μετωνομάσθησαν ἀχράδες* minus iam facta est probabilis propter id quoque vituperanda, quod vocabulum *ἀχράδες* articulo caret fere necessario. Ergo servato equidem verborum ordine Plutarchum puto scripsisse *ὅθεν ἄπι αἱ ἀχράδες ἐπωνομάσθησαν*, ubi librarii incuria verbis *ἄπι αἱ* in *ἄπιαι* coalitis ansa ceteris corruptelis data erat percommoda.

1004 de.

Πῶς ποτέ φησιν ὁ Πλάτων τὴν ἀντιπερίστασιν τῆς κινήσεως ... αἰτίαν εἶναι τῶν περὶ τὰς ἰατρικὰς σικύας παθημά-

69) cfr. quae adnotavit ad 414 d, 468 a.

των καὶ τῶν . . . καὶ . . . καὶ . .; Δόξει γὰρ ἀτόπως αἰτίαν παμπόλλων καὶ ἀνομοίων γένεσιν ὑπάγειν παθῶν.

De hoc loco quod nostrum est agere, Huttenio acceptum est referendum, qui ceteroquin timidissimus homo hic ex Nogar. pro *γένεσιν* dare *τῷ γένει* ausus loco aperte claudicanti novum vulnus inflixit. Melius haud paullo Wyttenbachius: „Forte" ait „corrigendum *μία αἰτία-ὑπάγειν*: vel *μίαν-ἐπάγειν*" scripsitque Duebnerus *αἰτίαν* [*μίαν*] - *ἐπάγειν* illo [*μίαν*] Faehsii referens coniecturam. Mihi unum verum videtur, quod Wyttenbachius altero loco proposuit: . . . *ἀτόπως μίαν παμπόλλων*[70]) - *ἐπάγειν*. Namque Benselerum cave credas omne tulisse punctum dicentem: „scribe *κίνησιν* pro *γένεσιν* et retine *ὑπάγειν* et omnia bene habebunt."

Vere enim quod Wyttenbachius monuit requiri *μίαν* ut ne repetam, hoc inprimis nomine coniectura illa repudianda est, quod Plato non *τὴν κίνησιν* sed *τὴν τῆς κινήσεως ἀντιπερίστασιν* causam esse contendit multiplicium illorum atque diversorum effectuum, quod praeter quaestionis propositae initium responsa longius docent.

---

268 e.

τὴν οὖν μυρσίνην (αἱ γυναῖκες) ὡς ἱερὰν Ἀφροδίτῃ ἀφοσιοῦνται. Καὶ γὰρ ἣν νῦν Μουρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσιν, Μυρτίαν τοπαλαιὸν ὡς ἔοικεν ὠνόμαζον.

Benseleri hariolationem, ex eo quod Palat. habet *ἱερὰν Ἀφροδίτην* faciendum videri *ὡς Ἀφροδίτην ἀφοσιοῦνται*, nam sequentibus non probari, Veneri myrtum fuisse sacram, sed Venerem olim myrtiam fuisse appellatam, hanc refellere ut non necessarium omitto, non dubitans quin *ἱερὰν Ἀφροδίτης ἀφοσιοῦνται* sit scribendum, cum apud Plutarchum *ἱερὸς* ple-

70) non enim *μίαν αἰτίαν παμπ.* eum puto voluisse.

rumque vel semper potius nisi quod exemplum me fugit, genetivum regat (cfr. 275 b *γουνδίνας . . . ἱερὰς τοῦ Κρόνου*, 285 a *τὸν μὲν* (scil. *μῆνα*) *Ἀφροδίτης, τὸν δὲ Ἥρας . . . ἱερὸν* 285 c *Ἥρας δὲ ἱερὸν τὸ δόρυ*, 320 d *ἱερὸς . . . ὄρνις Ἄρεος*, 364 c *Ὀσίριδος δὲ ἱερὸν* (scil. *βοῦν*) 379 d *ἱερὸν Ἀφροδίτης ζῷον*, 391 f *ἡ γὰρ ἱερὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ἑβδομὰς* etc.

---

758 f.

ἡ δὲ ἀρειμάνιος αὕτη λεγομένη καὶ πολεμικὴ (scil. *μανία*) *παντὶ δῆλον ὅτι τῷ θεῷ ἀνίεται καὶ βακχεύεται ἄχαριν . . .*

Quod Wyttenbachius e coniectura proposuerat Duebnerusque e codicibus dedit *ὅτῳ θεῷ ἀνίεται* Benselero propter hiatum recte non placuit esse potius *ὅτι τὸν θεὸν ἀνίεται* legendum censenti „ut sit: quod deum (scil. Martem) dimittit (nostrum entsendet).“ Aristotelem certe etiam hoc verbo active pro *dimittere*, *solvere* esse usum. Quod ut verum esse largiar eademque potuisse significatione hoc verbum a Plutarcho adhiberi, nostro tamen loco Benseleri coniectura esse medelam allatam nullo possum modo concedere, quippe qua prorsus contrarium dicatur ac quod dici debet, a Marte nempe dimitti tertium illum furorem. Obest praeterea illi constructio (*ἀνίεται τὸν θεὸν καὶ βακχεύεται* scil. *τῷ θεῷ*) insolentior quam quae e coniectura bene possit recipienda commendari. At fere non potest mea sententia dubitari, quin etymologi gloriolam in voce *ἀρει-μάνιος* captans Plutarchus scripserit *ὅτῳ θεῷ μαίνεται καὶ βακχ.*, hiatu *βακχεύεται ἄχαριν*, quod noli praetervidere, sua verba ab alienis seiungens.

---

441 f seqq.

ἥ τε ἀνθρώπου ψυχὴ . . . οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν . . ., ἀλλ' ἕτερον μὲν ἔχει τὸ νοερὸν καὶ λογιστικὸν . . ., ἕτερον δὲ τὸ παθητικὸν καὶ ἄλογον καὶ πολύπλανὲς καὶ ἄτακτον ἐξ ἑαυτοῦ ἐπιστασίας δεόμενον· οὗ πάλιν διχῇ μεριζομένου, τὸ μὲν ἀεὶ σωματικὸν κέκληται ἐπιθυμοῦν, τὸ δὲ ἔστι μὲν ᾗ τούτῳ προςτιθέμενον, ἔστι δὲ ᾗ τῷ λογισμῷ παρέχον ἰσχὺν ἐπὶ τούτῳ καὶ δύναμιν, θυμοειδές· ἀποδείκνυσι δὲ τὴν διαφορὰν μάλιστα τῇ τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦντος ἀντιβάσει πρὸς τὸ ἐπιθυμοῦν καὶ θυμούμενον.

Primum ante *ἐπιστασίας*, quod in plerisque codicibus videtur nescio quomodo intercidisse, *καὶ* ut inseramus polysyndeti leges postulant. In sequentibus *ἐπιθυμοῦν* ab optimis codicibus abest, quo cum non possimus carere, Benselerus hiatus causa, quod Stephanus dederat *κέκληται τὸ ἐπιθυμοῦν* censuit restituendum, addens desiderari articulum, quia *ἐπιθυμοῦν* non sit adiectivum usitatum quale *θυμοειδές*, unde etiam in sequentibus legi *πρὸς τὸ ἐπιθυμοῦν*: Quasi si ibi pro *ἐπιθυμοῦν* esset *θυμοειδές*, non item articulus debuisset addi! Sed posset articulus *τὸ* licet satis langueat, hiatus causa a Plutarcho additus videri et ferri, ni alia in verbis *τὸ μὲν ἀεὶ σωματικὸν κέκληται ἐπιθυμοῦν* offenderent. Iam illud non potest non mirationi esse, quod in ceteris Plutarchus varians: *τὸ νοερὸν καὶ λογιστικὸν*-*τῷ λογισμῷ*-*τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦντος*-*τοῦ λογιστικοῦ* et (*τὸ*) *θυμοειδὲς*-(*τὸ*) *θυμούμενον*-*τὸ μὲν θυμοειδὲς*, bis deinceps repetit vocem *ἐπιθυμοῦν*· Magis displicet, quod alias aut *τὸ ἐπιθυμοῦν καὶ θυμούμενον* aut *τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμοειδές* (praeter 442 ab cfr. 443 b *τὸ θυμούμενον ἐν ἡμῖν καὶ ἐπιθυμοῦν* et 390 f *τὸ ἐπιθυμητικόν, εἶτα ἐπὶ τούτῳ τὸ θυμοειδές*) dicere solitus nostro loco parum aequabilis *τὸ ἐπιθυμοῦν* et *τὸ θυμοειδές* coniunxit. Maxime denique offendit, quod Platonem conten-

dit *ἀεὶ σωματικὸν* appellasse *τὸ ἐπιθυμοῦν*, cum infra ita se rem habere neget de Aristotele narrans: *τῷ μέντοι παθητικῷ* (cuius pars est *τὸ ἐπιθυμοῦν*) *καὶ ἀλόγῳ μέχρι παντὸς ὡς διαφέροντος τοῦ λογιστικοῦ χρώμενος διετέλεσεν* (Platonem secutus), *οὐχ ὅτι παντελῶς ἄλογόν ἐστι, ὥςπερ τὸ αἰσθητικὸν ἢ τὸ θρεπτικὸν ... τῆς ψυχῆς μέρος· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅλως ἀνήκοα λόγου ... καὶ περὶ τὸ σῶμα παντελῶς καταπέφυκε* ... Quid multa? recte abest a codicibus *ἐπιθυμοῦν*, a librariis supplendae causa sententiae additum, cum vera Plutarchi manus *τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν κέκληται* esset in *τὸ μὲν ἀεὶ σωματικὸν κέκληται* corruptum.

---

373 b.

τὸν Ὧρον, ὃν ἡ Ἶσις εἰκόνα τοῦ νοητοῦ κόσμου αἰσθητὸν ὄντα γεννᾷ.

Benseleri coniectura *καὶ* ante *αἰσθητὸν* inserentis non mihi sufficit, quia non iis vitiis medetur, quibus illa verba laborant, primo hoc quod vix potest intellegi, cur Horum dixerit imaginem mundi esse sensilem, nam sensilis quaecunque est imago, altero longe graviore, quod neque in hoc libro neque in ceteris locutio *ὁ νοητὸς κόσμος* legitur, verum semper Plutarchus scripsit *τὸ νοητὸν* in talibus sibi constare solitus, cfr. supra 373 a *τὸ γὰρ ὂν καὶ νοητὸν* 352 a *ἡ τοῦ ... νοητοῦ γνῶσις*, 373 ef. *ἡ ... φύσις ἐκ τριῶν ἐστι, τοῦ νοητοῦ καὶ ... Ὁ Πλάτων τὸ μὲν νοητὸν καὶ ἰδέαν ... ὀνομάζειν εἴωθεν*, 382 d *ἡ δὲ τοῦ νοητοῦ ... νόησις*, quibus ubi addidero legi 373 b *ὅτι πρὸς τὸ νοητὸν ἡ φύσις μετασχηματιζομένη τὸν κόσμον ἀποδίδωσι*, 373 c *τὸν θεὸν ἐκεῖνον* (i. e. *Ἀπόλλωνα*) ... *πρεσβύτερον Ὧρον καλοῦσιν· οὐ γὰρ ἦν κόσμος* (ergo *Ὧρος* est *κόσμος*) *ἀλλ' εἴδωλόν τι καὶ κόσμου φάντασμα μέλλοντος*, 374 d *ὁ δὲ γινόμενος ἐκ τούτων κόσμος καὶ* (quod explicative

hic est positum) Ὧρος, 368 d τὸν Ὧρον· ἔστι δ'οὗτος ὁ περίγειος κόσμος, 374 b τὸν μὲν οὖν Ὧρον εἰώθασι *ΚΑΙΜΙΝ* (Partheius καὶ *MIN*) προςαγορεύειν, ὅπερ ἐστὶν ὁρώμενον· αἰσθητὸν γὰρ καὶ ὁρατὸν ὁ κόσμος: aut fallor, aut persuasi tibi, esse 373 b legendum: τὸν Ὧρον, ὃν ἡ Ἶσις εἰκόνα τοῦ νοητοῦ κόσμου αἰσθητὸν ὄντα γεννᾷ.

VITA.

Natus sum Iacobus Schellens a. d. XIV cal. febr. anno h. s. XLIII Neerseni in pago prope Novesium sito, patre Francisco, matre Elisa de gente Abels fidei addictis catholicae, quos adhuc mihi vivere maximopere laetor. Primis litterarum elementis postquam liberalissime me imbuit pagi sacerdos Franciscus Heggen, anno MLV director gymnasii Novesini in tertiam me classem recepit. Sequentis iam anni auctumno in Kempense sum delatus, inde vero post ter sex menses ad Bonnense gymnasium me contuli, quod qui regit Ludovicus Schopen insigni qua est humanitate primus antiquitatis, quae omnis humanitatis mater est atque nutrix, amorem mihi impertivit. Civis igitur universitatis Fridericiae Guilelmiae Rhenanae cum essem auctumno a. h. s. LX factus, totum philologiae me dedi et per octo semestria antiquitati penitus cognoscendae aliisque quibusdam disciplinis delibandis studui ducibus usus professoribus amplissimis Heimsoeth, Iahn, Reifferscheid, Ritschl, Schmidt, Schopen, Brandis, van Calker, Knoodt, Kampschulte, Loebell, Lorentz, Diez, Monnard, quibus omnibus de bene meritis gratias ago quas debeo maximas.

THESES.

I. Plutarch. Mor. 53 e uli haec leguntur: Ὁ δὲ βουλόμενος εἶναι καὶ δοκεῖν ὁμοίως ἡδὺς ἅμα καὶ πιστὸς, ὡς ὑπὸ τοῦ σφόδρα φιλεῖν οὐδὲ τὰ φαῦλα δυσχεραίνων, ἀλλὰ συμπαθὴς πᾶσι καὶ συμφυὴς γινόμενος. Ὅθεν ..., nexum orationis, quem desiderari recte dixit Wyttenbachius, habebis sic scribens: Ὁ δὲ βουλόμενος εἶναι καὶ δοκεῖν ὅμοιος, ἡδὺς ἅμα (scil. ἐστὶ) καὶ πιστὸς, ὡς seqq.

II. Ibid. 57 a in verbis (ὁ κόλαξ) δεινὸς ὢν φυλάττεσθαι τὸ ὕποπτον, ἂν μὲν εὐπαρύφου τινὸς ἢ ἀγροίκου λάβηται ..., ὅλῳ τῷ μυκτῆρι χρῆται particula ἢ delenda est.

III. Ibid. 139 ef pro ... πρὸς ἀλλήλους; Δεῖ τὰς μὲν ἐντεύξεις ... ἀποῤῥήτους πρὸς τὴν γυναῖκα ποιεῖσθαι, νουθεσίᾳ δὲ καὶ μέμψει καὶ παῤῥησίᾳ χρῆσθαι φανερᾷ ... scribendum propono: ... πρὸς αλλήλους; Οὐ δεῖ τὰς ...

IV. Ibid. 166 e ceteris coniecturis, quibus viri docti verba πόσῳ δὲ δεινότερον οἴεσθε πάσχειν αὐτοὺς, ἀνεκφεύκτους ... emendare conati sunt, non peiorem hanc esse puto: πόσῳ δὲ δεινοτέρους οἴεσθε πάσχειν αὐτοὺς, ἀνεκφεύκτους ...

V. Ibid. 1087 e fere non posse mihi videtur dubitari quin non quod in codicibus editionibusque est omnibus: Πᾶσα γὰρ ἡδονὴ περὶ ἄρθρα καὶ νεῦρα καὶ πόδας καὶ χεῖρας, οἷς ἐνοικίζεται ... ποδαγρικὰ ῥεύματα Plutarchus scripserit, sed: Πῶς γαρ ...

IV. P. Corn. Tacitus verum nobis Tiberium pingere voluit, pingere potuit, pinxit.

VII. Taciti verba Annal. II. 88: (Arminius) „Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus, recentium incuriosi“ etsi tolerari posse non negaverim, tamen ab eo puto esse „recentium incuriosis“ scriptum.

VIII. Eiusdem Taciti Histor. IV. capitis 41 initium haud dubie corruptum rectam sententiam praebebit ita si legis: „Senatus inchoantibus primoribus iusiurandum concepit, quo statim“ (in libris est certatim) „omnes magistratus, ceteri ut sententiam rogabantur, deos testes advocabant . . .

IX. Vita Henrici IV. imperatoris aut mala ut aiunt fide scripta est, id quod mihi negandum esse videtur, aut vehementer erraverunt qui eum tantum non omnibus vitiis immersum fuisse contenderunt.